

*Bonaventura, Richardus &c. Conradus Vorstius, Armini-  
ani, Hugo Grotius, de quibus vid. Calou. l. c. p. 33. seqq.  
Quenstedius. l. c. Q. 2. p. 463. seq. Thomas Hobbes, quem  
refutauit Petrus Poiret cogitat. de DEO anima et malo c. 2.  
Iohannes Bodinus Andegauensis, contra quem vide Petrum  
Goldschmid in dem höllischen Morpheo C. 7. p. 224. Er-  
nestus Sonnerus, quem refutauit M. Ioh. Paul. Felwinger  
in peculiari Dissertat. de Angelis, Autor tractatus: Curie-  
use Erwägung der Worte Mosis Gen. VI, 2. Amsterdam.  
1700. 12. contra quem vid. Autores des Alten und Neuen  
de anno 1701. mens. Nouembr. p. 420. seqq. Quorum aliqui  
Angelos, iam modo aute diluuium, generasse, pseudherme-  
neia loci Mosaici Gen. VI, 2. ut viderent filii DEI filias ho-  
minum, quod pulchrae essent, et ducerent sibi uxores, ex omni-  
bus quas eligebant, per filios DEI Angelos intelligentes, se-  
ducti, existimarunt. Et ipse Anonymus in der curieusen  
Erwägung per filios DEI intermediis inter Angelos et ho-  
mines creaturas, quae Daemones, Genii, Fauni, Satyri  
et Hebraeis schedim. appellantur, intelligens, liberos, et qui-  
dem Gigantes ex congressu cum hominibus generasse, putat.  
Alii vero generandi potentiam directe Diabolis concedunt,  
sed in modo non conueniunt. Antonius le Grand, Philoso-  
phus Cartesianus Institut. Philosophiae P. 3. C. V. §. 6.  
et 7. p. 186. seq. ex supposita sententia, generationem mo-  
tu et sola partium secundum rei cuiusque constitutionem  
idonea et conueniente peragi adaptatione, Angelos, atque  
ita etiam Diabolos, proprie corpora generare posse, defen-  
dit. Qui credunt, Diabolum in corpore assumpto vel sub  
viri cum foeminis, vel sub foeminae specie cum viris com-  
misceri, atque adeo vel incubum, vel succubum esse, cuius  
sententiae et Autores et exempla produxit Schottus Physica  
curiosa Lib. 1. C. 21. p. 61. seqq. et Petrus Goldschmid in  
dem höllischen Morpheo C. 8. §. 69. p. 332. seqq. mox  
pro-*